

**Andree fryfner de mūfidel in glossam  
magistrale pſalterii prefatiuncula.**

**E**tſi vtriuſq; teſtamenti inſtrumenta nouerim⁹ ſatis ſatisq; plurificata. q̄q; etiā: alijs  
quorundā modernorum poſtillas: p ſcripturę explanatōe multiplicarint: precipu  
orum tamen auctorum expoſitionib⁹ necdum abundamus. Nos ergo quos friſculen  
ta ſcaturitio: aut rērens defluxus refrigerat: plus ſtāgno grādīſſimo: ex plurimis: lō  
ge decurſis: tepēſcētibusq; riuulis exundante: ſtudemus atq; delectamur: nō quorū  
cunq; placitis: ſed chriſtiane religionis principū gloſſis atq; doctrinis: noſtri eū ho  
mines abundantiſſimos facere. **P**ſalterium autem dauid pphetarum eximij. quū p  
pter excellentiam ſuam plus ceteris in diuinis frequentetur officijs: ne decetero pſal  
morum decantatores ſint vt tympanum inſenſatum: neſcientes quid pſonent: in pri  
mis expoſitōez eius offerim⁹ illo etiā accedente q; codex exemplatu digniſſim⁹ exhibe  
bat: cui⁹ emendationē ſi ad eius vetuſtatē rettuleris: aut primū exemplū: aut ex pmo  
transumptū putes neceſſe eſt. **Q**uam gloſſā: **P**etri lombardi Magiſtri ſentētiarū: qui  
hac ſua compilatōe vt quibuſdā placet: nō libris ſentētiarū: meruit antonomāſice ma  
giſter appellari. **I**nde et gloſſa magiſtralis p̄titulā. **S**ūt aut pene vniuerſe ei⁹ glōſ  
ſe ſumpte: vel ab **A**uguſtino: **C**aſſiodoro: **H**ieronymo: **R**emigio: **A**mbroſio: **S**rego  
rio: **H**ylario vel **A**lcuino. **Q**uācūq; ergo clauſulā quolibet horū ſignoz  
notatā de p̄ſcriberis: eā non dubites eius auctoris eſſe: quē ſupiori margine cū con  
ſimili caractere poſitū inuenies. **N**eq; p̄tereundū cenſuim⁹ q; non modico adiu  
mēto p̄diſcenti fore cognouerim⁹. ſi verba textus: quotieſcunq; inter exponendum:  
licet plerunq; abbreviata: occurrerint: ſubductis virgulis rubicūdulis notent. quē  
admodū in codicib⁹ calamo exaratis frequēter repies. **E**t licet idipſū imp̄ſſioni diffi  
cillimū fuerit: p̄t id tamē haud abs re etiā conſulto p̄termiſſū eſt. **S**i em ſtudioſe  
p̄legens: ſimul hec p̄p̄rijs artub⁹ ſignaueris: nō modo non egre ſeres id tibi laboris  
relictū eſſe: ſed nec vnq; penitebit id tete adimpleſſe: imo gaudebis ex hoc ſingula ſic  
tenaciter memorię inherere: ſicut ex decies repetita lectōne vix poſſet: vſq; adeo ſc̄z: vt  
nec puula ſentētiola elabi facile queat. **H**anc diligēter elimatā plectitandā ſuſcipito.  
ceterarumq; vtriuſq; teſtamenti partiū p̄mentaria: nō minori ſtudio: deo id p̄ſtan  
te: elaborata: excepturus: ſimulq; imperpetuum lector amice vale.